

OCCULTATIO CADAVERUM, &c.

Confilii die 1. Martii ann. 1669. Bonnet, Boffard, de Villiers, aliqui expulsi pariter fuerunt ad triennium ex Arverna Provincia, ex Urbe, Praepositura, & Vicecomitatu Parisiensi, damnatioque ad libras tercentas Regi solvendas, ad tercentas pariter libras in eorum almonia erogandas, qui in Arcis Episcopi carceribus detinentur, ad alias denique tercentas conferendas in pietatis opera, & in expensas, quod cadaver Canonici Ecclesiae S. Geraltii Aurillacensis celarent, ac retinuerint.

Beneficiati cadaveris occultatio, ad quam recens Provin-
tius operam suam contulit,

C A S U S I.

x. Ecclesiasticus, qui, ut Beneficium obtineat, dat operam, ut
Beneficiorum corpus post ejus mortem celaretur, quo sibi per
tempus licet illud a Romana Curia obtinere, eidem possi-
dendo incepit efi; nulla est, ut supra declaratum fuit. Dicit potest
Canonicas tam non omnia non subi.

3. Devolutarius, qui legitimo in hoc Beneficium iure gauderet,
et circa Simoniam renuntiare non posset, exadie impensa-
ram, quas fecit, solutio-

3. Si ejus jus illegitimum fore, nil posse exigere, & quicquid
percepisse, restituere sonetur.

Q U A E S I T U M.

M. Mevius, Titularis dimissione, Beneficii provisionem con-
secutus, ejus possessionem inivit; sed cum ad obtinen-
dam Actus insinuationem de conferre, supremum diem obit
Titularis, antequam quadragesima octo hora, quae Regis
Declaratio possumat, excusimur; quod in causa fuit, ut
Mevius contulit, eum modi mortem celarent. Mevius occulta-
tionis participes fuit, & ad Romanam Curiam misit per-
tendi gratia Beneficium per obitum. Cum negotium publican
evasisset, quoniam Beneficiatus Julio mensis occubuerat,
quidam Graduatus Beneficium petiti, ejusque possessione in-
cepta, rem derulat ad Magnum Consilium, quod in ejus-
modi occulitatem cadaverum negotio competens Judex est.
Mevius ab Advocate communelatus se omnino causa labo-
rare, devolutum edidit in fe ipsum nomine Brutii amici sui,
eoque inciso, ignorans, an ejus gradus legitimis effent, ne-
ne. Celavit devolutum hoc tere anni spatio, nec de eo Bru-
tum, nisi defteratis rebus, certiore fecit. Et re quidem
ipsa item perdidit.

Tum vero Brutus, Mevio sollicitante, Beneficii posses-
sionem inivit vel devoluti. Graduatus, qui iam possessione gaudebat,
Mevio lignificavit, ut nihil impenfarum ei remili-
fuerit, nisi Devolutarius cogere renuntiare juri suo, quod
admodum ambiguum est, quia semper in Graduati favorem
contra Devolutantem judicatur. Devolutarius ratus jus suum
filiari posse, initio quidem renuit ei renuntiare, sed tandem
urgente Mevio, omniumque impenfarum solutionem of-
ferente, se ei renuntiarum, liquido negotio compone-
re, scripto promisit. Super ejusmodi expositione rogantur
Doctores, ut definire velint.

I. An Mevius, qui occultationis participes fuit, aliquam
confessuram subiherit?

II. An cum in Suplicatione, qua Beneficium a Pontifice
petebat, nullam occultationis mentionem fecerit, si intrulus,
& quid, ut erratum corrigat, facere debet?

III. An Devolutarius circa Simonianam repetere posset, quae
expedit, ut compositioni Meviu inter, & Graduatum viam
sterneret, nos ius optimum ratus?

IV. An si juri seu renuntiarum promittens, in Simo-
niam, si quis deinde functiones obiens, in irregularitatem
inciderit?

V. An Mevius, qui devolutum obtinuit, inciso Bruto,
idem celavit, quod potuit, confidientia crimen commiserit?

VI. Cujusmodi fit Medicorum, & Chirurgorum culpa in
eviscerandum cadaver incumbentium, ut Beneficiati mors
celaretur?

Quationum barum dilucidatio, ac resolutio multorum
animis tranquillandis, aliisque non paucis erudiendis in-
servit.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum putat, provisionem,
quam a Romana Curia Mevius obtinuit, obrepitium esse,
ac proinde nullam; si enim cadaveris occultationem Pontifici
detinexerit, numerum Sua Sanctitas Beneficium ei conse-
nit. Praterea ex Francisci I. Constitutione ann. 1539. qui-
cumque Beneficiatorum cadavera occurserint, Beneficii eo-
rum retinendis infibiles sunt. Rebus, qui in hanc Con-
stitutionem animadversiones edidit, ita sentit: Glos. q. n. 15.
de Regii Constitutione. Et sic per ista pater, celantem cadaver, ut
Beneficium imperet a Papa, nullum jus habere ex illa provisio-
ne, cum quod est subrepitum nam si Papa sive ipsi, illum ce-
luisse mirum, ut prævenire, ei non contulisset; tum quia
præventione est fraudulenta, & nulla; & ideo est falsarius, & sic

est inhabilis. Ludovicus XIV. Declaratione sua anni 1657.
Constitutionem hanc renovavit, Gallicano Clero petente. Vi-
deri potest Tomus Secundus Collectionis Cleri 2. pars. tit. 15.

Hoc posito, ad quæstiones proprias responderunt:

I. Maxium, quod occultationis participes fuerit, nullam
propositum Canonicum subiherit.

II. Certum esse, provisionem Maxii, quippe qui a Roma-
na Sede Beneficium petierit per obitum, de occultatione al-
tere filios, nullam esse, ut supra declaratum fuit. Dicit potest
Graduatus, quoniam Beneficium retinet, quod dedita opera
Collatoris, vel Graduatis admittit. Vide Casellum, Verbo in-
tritus in Juris Canonici definitionibus.

III. Simonie reus est Devolutarius, si erogata pecunia
ageret de jure suo, facta hypothecis jus eius bonum esse, &
Graduati jus ob aliquem essentiam defectum, qui in ipsius
gradibus existet, propugnari non posse; in hac enim facta
specie tribueretur res spiritualis pro temporali, videlicet pro
impenfarum solutio, quam Graduatus praefaret, in illa
foret Simoniacum. Quod si res inter Graduatum & Devolu-
tarium dubia esset, inri potest conventione pro bono pacis sed
transacte indigeret Romana Curia confirmatione.

Quod si Devolutarius ius firmum non est, Graduati autem
legitimis esti jus, potest hic quidem pecuniam, qua se a ve-
xatione liberet, Mevio, vel alteri, tradere; Maxius porro,
vel ejus amicus legitime pecuniam hanc accipere negat, &
restituere tenetur.

IV. Etiam in Maxium & Devolutarius Simonia locum
habuerit, cum tamen perfecta & consummata non fuerit,
Maxius & Devolutarius Juris penas in Simoniacos iniicit
non contraxerint. Praterea potest etiam Devolutarius coram
Diocexi exculari ex bona fide, qua egit in hac facti specie.

V. Licit Maxius a Romana Curia devolutum chirurget,
eo animo, ut si Devolutarius vixit evaderet, Beneficium
sibi redderet; non sequeretur, eum confidientia reum suffi-
ci, quia amicus nec expresse, nec tacite de hac Maxii in-
tentione cognovit.

Uno verbo potuit Maxius prava intentione duci, ut de-
volutum vel ipse per se, vel per amicum statueret; nulla-
tamen adeo confidientia; nempe causus hic non sit ex eorum
numero, qui in bullis Pii IV. & Pii V. contra Confidentia-
rios indigentur.

VI. Denique Medicis, & Chirurgi, qui Beneficiarii cava-
tere eviscerarunt, ut ejus mortem celare cupientibus oblige-
rentur, celati cadaveris participes extiterunt, ac proinde po-
nis Francisci I. Constitutione iniicit subiecti sunt. Non tan-
tem subiherent excommunicationem, Sanctorum Sedi cap. Dece-
cunda. Extravag. de Sepulis, reservata, quia non in hujusc
Capitis versantur, sed potius afferi potest cum Cabalisticis,
Bullam hanc in Gallia receptam non esse, ubi super numero
cadaveris vescera, & cor extrahuntur, ut alibi, quam cor-
pus, sepultra tradantur.

Decimus Parisiis hac die 19. Junii ann. 1693.

G. Fromageau.

C A S U S II.

Occultatum Beneficiati Cadaver, eo inciso, qui
Beneficium obtinuit.

Is, cui Episcopi canonum conferre, quam dimissione ab
ejus, quam nominat, fratre edita vacare posset, recte pre-
visus est, quoniam consanguinei, inciso ipso, defuncti mor-
tem celaverint, ut dimissionem reguis consueta exhiberent.

Q U A E S I T U M.

T. Itius in Cathedrali Ecclesia per annos viginti & amplius
Canonica potius, Mevio Presbytero ejusdem Ecclesiæ
Beneficiato Canonicum regnabit.

Milititer procuratio ad religandum, ut ejus Beneficii provi-
siones obtineantur. Inter ea temporis immoratur, Titi natu-
majorem, qui eundem Canonicum ante eum posseferat, &
vita excellit, antequam resignationem, quam ipse in fratris
fui natu minoris favorem ediderat, loci Episcopis accepta-
ret; eoque penitus ignaro, quippe qui adhuc infans esset,
consanguineo tridui spatio Canonici mortem celiasset; quo
Curlori, quem resignatione deferenda gratia Parifis mife-
rant, redite per tempus liceret; neque eos de hujus-
modi morte verba fecisse, quam Canonicus possessionem T-
tius iniisset.

Titius

OCCULTATIO CADAVERUM, &c.

121

Titus decursu temporis de re tota, certior est factus, sed
cum in Ecclesiasticorum Canonum, ac Legum inscrita verba
retur, cumque et nemo unius introitus defectum exprobaret,
vel obtinende reintegrationis obligationem ob oculos
poneret, per annos viginti & amplius Beneficium potius est.
Proba tamen novit, Episcopum, qui fratris dimissionem ad-
misserat, cum Parifis reversus esset, publice coram multis
Canonici patri suo, sibi dixisse, te ei Canonicum con-
tulisse in gratiam patris, & ut familiæ gratiam faceret.

II. Sed esto hac prior ratio fatis virium non habeat ad
offendendum, Titium Benefici sui legittimum possessorum ef-
fice; certe bona fides, & possesso plusquam triennalem cum tu-
tulo colorato, Collatoris nempe provisionibus ei jus tribuant
Beneficium retinendi, quoniam fratris sui mortem celatam
fuisse non ignoraverit; de ea quippe re, ut verisimile fuit,
non nisi poti impetrata provisione cognovit; ea erat etate
ut scire non posset eummodi occultatione Beneficium possessorum
impediri; si denique nulla unquam super hoc negotio
dubitatio, nullus scrupulus obortus est; atque ita conclu-
dit, ut si emitendum, eum tamquam Cathedralis Cano-
nicum ab Episcopo in Seminario receptum fuisse, arguere
intendat Ordinem suum fuisse promotum, arguere adeo futurum
fuisse, ut Diaconus crearetur, nisi Episcopum, ut differret,
Titio rogasset.

Additur claritas ergo, statim Episcopo notum fuisse, cum
ex quibus modo declaravit, fratris Titii mortem tridui
spatio celatam fuisse.

His ita se habentibus, queritur, an resignatio Canonici
causus a Titio in Maxii favorem edita valeat? Quid ulti-
mum factum sit, ut ambo propriam conscientiam, & id,
quod sibi vindicant, in tuto ponant, cum se ambo in bona
fide esse potent?

Rogant Sorbone Doctores, ut ne renuant eos erudire,
& difficultatem hanc expedire;

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet Titium vere ac
proprie Titularem esse Canonicatus, de quo queritur, quem
in Maxii favorem dispositum.

I. Altera potest, Beneficium hoc tamquam vacans ei ab
Episcopo collatum fuisse; quoniam enim in eo ille deceptus
fuerit, quod illud Fratris Titii dimissione vacare crederet,
cum re ipsa non morte vacaret; hic tamen error non videtur
Collationis substantiam spectare. Nam eti cognovit
Episcopus Beneficium vacare per mortem; perinde tamen il-
lud Titio contulisset, ut appareat ex sermone, quem habuit,

cum Titius una cum patre, gratias acturus, ad eum veni-
fet. Error hic quod gratiam concessam purum putumque
ut ita dicam, accidens est, quod eam re ipsa nullam non
efficit. Dimissio quidem occasio est, qua præiente Beneficium
Titio collatum fuit, sed collationis tamen principia causa
omnino non est; quandoquidem, etiam ea non existente,
Episcopus gratificari non deficit.

II. Sed esto hac prior ratio fatis virium non habeat ad
offendendum, Titium Benefici sui legittimum possessorum ef-
fice; certe bona fides, & possesso plusquam triennalem cum tu-
tulo colorato, Collatoris nempe provisionibus ei jus tribuant
Beneficium retinendi, quoniam fratris sui mortem celatam
fuisse non ignoraverit; de ea quippe re, ut verisimile fuit,
non nisi poti impetrata provisione cognovit; ea erat etate
ut scire non posset eummodi occultatione Beneficium possessorum
impediri; si denique nulla unquam super hoc negotio
dubitatio, nullus scrupulus obortus est; atque ita conclu-
dit, ut si emitendum, eum tamquam Canonicum retineat.

III. Addi demum potest, possemus Constitutione instictam, qua
Beneficiis eorum, quorum cadavera celata sunt, possidentis
incepto reddit, ad eos tantum spectare, que hujusmodi faci-
noris participes extiterunt. Consilii potest Francisci I. Com-
stitutione ann. 1539. & Rebini Commentarium in precedenti
calamo laudatum.

Jam vero Titius occultationis hujus omnino conclusio non
fuit. Itaque illud unum concludi posset, Maxii fortasse ti-
tulum impagnari posuisse, atque obtineri, ut nullus declaratur,
si ceteroquin negotium ad forum externum deducatur
fuisse; statu tamen non posset eum ipso falso nullum esse.

Ex hactenus dictis illud conficitur, cogitaturque, Titium
tamquam Canonicus sui possessorum legittimum spectandum
esse, ac posse, culcumque voluerit, eum regnare, quin ei
quispiam possit super hac re negotium facere.

Decimus Parisiis hac die 26. Decembris ann. 1693.
G. Fromageau.

O F F I C I A L E S.

Cum Episcopi ipsi soli grave Episcopatus onus ferre non possent, Regum & Principum, qui cum
olim ipsi per se subditis suis juri tribuerent, id deinceps officii in Ministros suis contulerunt, exem-
plum fecuti potest, atque Ecclesiastico Viro, qui eorum Officialis nuncupatur, cuiusque idem atque Epis-
copi Tribunal est, non partacum canisarum iudicium committerunt. Episcopus porro tenet eorum ra-
tionem reddere, qua gerfiter Officialis, qui videtur in Archidiaconi locum sufficetus, qui olim, Episco-
pis annuentibus, de caulis Ecclesiastis cognoscetabat.

Officialium origo videtur ad Sacrum XIII. spectare. Primus omnium Innocentius IV. eorum mem-
tionem facit, Officiali memorans cuiusdam Episcopi, qui Remensis Metropolis Suffraganeus erat. Hic
Pontifex memoria prodiit, Officiali hunc, qui sius Vice-gerentes habebat, a Remensi Archiepisco
po communione privatum fuisse. Vaurense Concilium ann. 1368. celebratum, cui Provincia Narbo-
nensis, Tolosana, & Auscensis interuerunt, Canone 27. Officialis quidem nomine non uitat, sed
Episcopi tam, qui matrimonii causas delegant Ecclesiastis, mandat, ut eos tantum eligant, qui
Ecclesiæ Canones callant. Narbonense Concilium ann. 1609. habitum, de hoc Episcoporum iure mini-
me dubitan Canonibus 42. & 43. eos cohortatur, ut, si ad juri partibus reddendum ipsi per se animum
convertere nequeant, Officialis nominent. Ludovicus Rex XIII. Episcopis id juris servavit; atque in
Gallicani Cleri Monumtis ann. 1637. Regii privati Consilii Rerum occurrit, quo abrogatum fuit
Senatus Decretum, cujus vi Officialis sui Jurisdictionem ipse per se exercere Claramontanus Episcopus
prohibebatur.

Quamvis porro id juris Episcopis praesto sit, ut contentiosam nempe Jurisdictionem ipsi per se exerce-
re possint, si tamen obtinet in presentia, ut eam Officialis exerceant; atque adeo id firmatum videatur
articulis 31. & 37. Edicti ad Jurisdictionem Ecclesiasticam pertinentis, quo Ludovicus XIV. ann. 1695.
mandat Archiepiscopis, & Episcopis, ut Officialis instituant, qui contentiosam Jurisdictionem exerceant
in eorum Dioecesis locis aut Provinciis, quæ subiunt aliqui Senatus, a quo non existunt Episcopalis Ur-
bis, in qua eorum Officialis suam fere fedem habent. Jurisprudentia hac, quæ ipsam Episcopis personam
contentiose Jurisdictionis exercito exiere videtur, fere universum in Regno obtinent, si excipiuntur non
nulli Occitanie Episcopi, iisque, qui Dioecesani non desunt in extra diotionem degentes, cujusmodi est Tul-
lanus Episcopus, cui magna ex parte Lotharingia subjecta est.

Officialis igitur est demum est, qui Episcopi, Archiepiscopi, vel Primatis loco Ecclesiastican con-
tentiose Jurisdictionem exercet. Triplex enim distingendum est Officialium genus, ut aliis nempe
Ordinariis sit, aliis Metropolitanis, aliis denique Primalis. Primus per universam, quam late pa-
tet, Diocesum jurisdictione gaudet; secundus de judiciorum, quæ ab ordinariis Officialibus edita
sunt, appellationibus judicat; ac tertius est eorum judex, quæ Officialis Metropolitani geslerunt. Hæc
autem Primalis Officialis Jurisdictione olim latissime pertinebat; sed eidem subducta sunt Provin-
cie complures, & in una Lugdunensi Primalia nunc temporis exercetur. Officialis est privatis ju-
dices actionum omnium civilium & personalium Ecclesiasticorum, in defendendo tantum occupatus. De
ordinariis quoque delictis cognoscit; at si causas extraordinariis sit, & afflictiva aliqua poena dignus,
Regium Judicem appellare, & cum eo causam instruere debet; tum vero suum uterque iudicium
sejundum edit: Officialis quidem poenis Canonicis, Regius autem Judex afflictivis poenis crimina ple-
bit, punitive.

Ante Tridentinam Synodum ex Ecclesiæ veteri disciplina id unum requirebatur, ut Officialis seu Ec-
clesiae Judex Ecclesiasticus esset. Post hanc Synodum necesse præterea est in Galliis quidem, i. ut ex Edi-
cio

Et Henrici II. ann. 1554. Regni nativus sit, vel institutus. II. Ut Presbyter sit; quia non deceret Clericum aut Diaconum eorum Judicem fore, qui superiore Ordine sunt insigniti. III. Ut graduatus sit, videlicet quemadmodum Declaratio Ludovici XIV. die 20. Februarii ann. 1680. explicuit, Doctor, vel Licentiatus in Jure; vel in alia Declaratione diei 20. Maii ejusdem anni dicitur, Doctor vel Licentiatus in Theologia, vel in Jure Canonico. Illud est animadversendum in Gallis ab Officiali Laicis delegari non posse, ut de facto, vel causa dispensationis inquiratur. Ita judicavit Tolofanus Senatus Rescripto diei 20. Martii ann. 1608. Et & Parisiensis Senatus Rescriptum die 28. Junii ann. 1651. editum, quo rescripta est Agustodumentis Officialis sententia, quod ex Notarii Apostolici, quem ipse ad audiendas partes nominaverat, inquisitione de matrimonio judicialiter. Officialium porro catervas obligations cufsum attingimus.

I. Non potest Officialis eam permissionem concedere, ut matrimonium sine Parochi praesentia contrahatur, nisi adit confessionaliter, vel aliqua dispensatio, atque ad Officialis quidem mittit Pontifex dispensationes, ut enuntiantur. II. Appellatio Sententia in casu dispensationis a Romana Curia impetrata est ad Pontificem, vel ad Senatum tamquam abusus. III. Potest decernere; ut quis caput absque parentis Juristicum facularium, & ut decretem executioni mandetur, efficeret, IV. Officialis matrimoniorum judges sunt, exceptio Principium matrimonii, & matrimonii promissionibus, dummodo ex Minorum non fuerint absque Parentum vel Tutorum consensu inita. V. Nec de oppositionibus, qua Regis Constitutionibus nituntur, nec de Tutoribus civilibus judicant. In Senatu denique Parisiensi de factis incidentibus judicant, & instruere possunt. Officialis porro ut hoc quidem pacto suam Jurisdictionem exercet. Regularis esse non debet. Parisiensis Senatus Rescriptum ann. 1639. ab hoc munere Benedictini Ordinis Religiosum excludat. Videndi Liber de Cesse, Tomusque VII. Monumentorum Cleri, ubi materia hac hinc discutitur.

C A S U S I.

Stipendium Officialis ob dispensationum pronuntiationem.

* Prohibitio, qua Pontifex dispensationem concedens inhibet Officialium, ne quid pronuntiationis causa recipiens, puri puraque filii esse videatur.
In Gallis id mox obtinet, ut hi quidem Officialis pronuntiationem sibi solitam volunt.

Q U A R T U M.

Rogant Sorbona Doctores, ut decidant, an in Galliarum Regno Officialis ob matrimonii dispensationem in Romana Curia experimentum executionem ac pronuntiationem quicquam recipere possint, sive ex sint in forma pauperum, sive non?

Ex eo ortur difficultas, quod in omnibus Apostolicis matrimonialium dispensationum Rescripts prohibit Pontifex, ne Officialis, ad quem Rescripts mittit pronuncianda, quicquam etiam sponte oblatum percipiat, in penam excommunicationis sibi reservata, atque adeo nonnunquam in penam nullitatis dispensationis, quam concedit. Probi tamen viri propongunt licet Gallicanis Officialibus aliquid opera, quam impedunt, caute percipere. Ita porro illi ratione dicuntur.

I. Probationi Astores, & Layman (4) inter alios tenuerunt sententiam hanc. Auboxius Officialis Divona Caducensis in tractatu, quem de Apostolicis Litteris edidit; eoque magis, quod de hac conuentione Romanam Curiam ignorare non est verisimile. Quamobrem est, cur pronuntietur, quicquam in hisce Apostolicis Rescripts, ac Brevis repugnare videtur ei confutandini, que in Gallicano Officialium foro fervatur quod Regnum ad stilum redigi; id stilum; id quod aliis Regionibus accommodari non potest, in quibus Officialis ob sui munericum exercitum ab Episcopo stipendium accipiunt; que videtur esse Innocentii III. ratio ab Auboxio loco paulo ante in medium alata. Possunt ergo Officialis in ea conuentione persistere, que in Gallis obtinet, ut nempe ob matrimonialium dispensationum publicationem aliquid percipiantur.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientia subscriptum, quod vidit propositum facti speciem super Officialium stipendio ab matrimonialium dispensationum pronuntiationem, ad hanc difficultatem quod autem, ceteri, Astores quidem alter alios sentire, sed se tamen agre adduci posse, ut adeo constantem confundendem damnet, cuiusmodi est, que in Gallia servari cernunt, ubi Officialis, ut Brevis, que in Romana Curia super matrimonii dispensationibus obtinentur, pronuntiationi satisfaciant, aliquantum proprii laboris gratia retributionem percipiunt, cum eadem Brevis pronuntiantur. Sunt etiam, qui sibi scutum aurent, statuerint, ut prodit Auboxius (5) Officialis Caducensis in tractatu, quem de Apostolicis Litteris edidit; eoque magis, quod de hac conuentione Romanam Curiam ignorare non est verisimile. Quamobrem est, cur pronuntietur, quicquam in hisce Apostolicis Rescripts, ac Brevis repugnare videtur ei confutandini, que in Gallicano Officialium foro fervatur quod Regnum ad stilum redigi; id stilum; id quod aliis Regionibus accommodari non potest, in quibus Officialis ob sui munericum exercitum ab Episcopo stipendium accipiunt; que videtur esse Innocentii III. ratio ab Auboxio loco paulo ante in medium alata. Possunt ergo Officialis in ea conuentione persistere, que in Gallis obtinet, ut nempe ob matrimonialium dispensationum publicationem aliquid percipiantur.

Decimum Parisiis hac die 6. Martii ann. 1687.
Augustinus de Lamet. Prior.

C A S U S II.

Dispensationis Votorum pronuntiatione ab Officiali edita.

1 Cum breve dispensationis votorum ab Officiali datum est, una cum Monasterio Superiori, ab eo pronuntiando Superiori abstine non posse.
2 Non potest Officialis iste solus illud pronuntiare.

Q U A R T U M.

Quaritur, an Officialis possit ipse solus devenire ad Pontificis Brevis pronuntiationem, ob nullitatem votorum Adolescentium, cum pariter ad Monasterium, ubi facta est Professio, Superiori missum est, quia declaratum fuerit, num tantum id prefare posse, altero absente, vel recante. Ut autem difficultate evitatio facilior evadat, en eis Brevis exemplum.

Innocentius PP. XI. Dilectis filiis salutem & Apostolicam Benedictionem. Exponi nobis super feit dilectus filius Jacobus C... Clericus vel Presbyter Parisiensis Diaconus, quod alias dictis expoenit sucepti habuimus per Monachos Cisterciensis Ordinis gestare solitum, & Professorem per soldam Monachos emici solitum in Abbatis, & Monasterio de Bono P... ejusdem Ordinis Eborensis Diaconi, per vim, & menum, qui caderent in confitentem viram, expresse omite regularem, aduersus quam Professorem, seu illius nullitatem, intra quinquennium Regularibus a Concilio Tridentino ad reclamandum prefecum reclamavit. Cum autem, sicut eadem expostio subjungebat, expoenit profectu nullum.

Eiusmodi rescriptorum formulae perantique sunt; atque in Romana Curia pro certo ponitur, in Gallia, quemadmodum & in Italia Officialis non debet, quibus non mediocre stipendia sint, vel saltem olim fuerint.

(4) Layman lib. 4. tract. 10. cap. 8. §. 4. n. 4.

(5) Auxbou tractatu de Litteris Apostolicis cap. 10. §. 9.

zatem ejusmodi via juris declarari facere intendit; ideo nobis humiliter supplicari fecit, quatenus vobis, ut si inquisita super primis diligenter veritate, rem ipsam ita reperiretis, prout superiori exaratur, in dicta causa reclamante iuxta quinquennium, & die emissi Professoris nullitatis prout juris fuerit, procedat, procedere mandetis, & faciat, ac iudicet; & dictum exponentes primis occasione ordinis predicto vel religione in genere vel in specie non adstrictum esse; sed habitu regulari dimittere, & ad facultum redire, ac matrimonium cum quavis modis, nullo alio iuri prohibitus contrahere, ille tudeque in facta Ecclesia solemnizare, & eo postmodum remaneare, nec non in paternis & maternis, aliquis undeque sibi legitime obvenientibus bonis succedere libere & licite posse, prolem ex matrimonio huiusmodi suscipienda legitimam fore & esse declarari, premis Constitutis & Ordinibus Apostolici, exercebit contraries nequaquam obstantibus huiusmodi iunctionis inclinatis, diffidentibus vestra per presentes committimus, & mandamus, quatenus vos conjunctum procedentes, vocatis ad id, qui fuerint vocandi, dictione exponeatis ea habitis & tenoribus Regularibus sub obedientia virorum Superiorum remanente in primis omnibus & singulis, dummodo exponeat predictus Professores huiusmodi tacite vel expressa non ratificari, & tempore reclamacionis predictis quinqueannum a dicta Professione elapsum non esse, autoritate nostra faciat, & declarari, prout fuerit facientum, & declarandam. Volamus autem, & dicta autoritate determinimus, quod in eventum declaracionis huiusmodi remanescat sub exercito fuerit Ordinem, si in eis, vel eorum aliquod confitimus existit, donec de parvopio, vel Beneficio Ecclesiastico conterentes illi prosum fuerit. Datum Roma apud S. Petrum sub anno sexagesimo Prudentiam, & anno 1679. Ponitissimum nobis anno sexagesimo Prudentiam, Et supra: Dilectis filiis Superiori Abbatie Monasterii de Bono P... voluntariae, Monachorum Ordinis Cisterciensis Eborensis Diaconi, & Officialis Eborensis.

Cum porro ex subscripto Consilio quicquid esset, an Eboricorum Officialis ad rectum Diplomatic executionem eis solus devenire posset, Prior de B. P. intercessus noluit, terrecutus.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientia subscriptum existimat.

I. Priorum de B. P. non posse, quin Pontificio Diploma, quo ad praesens negotium committur, obsequatur, nisi rationes, quibus ejusmodi delegationem evitet, affere vellet. Expressa est in hanc rem Juris sanctio cap. Secundus de re scriptis, quoniam delegatio absolute est, nec ullam clausulam adjungat habet, qua se ille tueri posset, est in laudato capite: Nisi foris sit in scripto habentur expressum si non omnes interfuerint, vel simul nequerint, aut notariis inter se. Quamobrem cum Brevis executionem, eius arbitrii Pontifex non reliquerit, peccat graviter Prior, nisi illud exequatur, quemadmodum etiam dictum est in Cap. Prudentiam duobus prioribus & ubi ferro est de delegati cum eam tantum clausula, ne si omnes interfuerint, & quibus unus abfert, nullam abfert, sua causam afferens, nec se excusat, & ibidem dicitur est fore gravissime arguenda, pro eo quod Mandatum Apostolicum exequi subterfugiat; quo loco additum Glosa: immo puniendus pro eo quod Mandatum Apostolicum exequi subterfugiat.

II. Regulariter Officialis E... solum ad ejus Brevis executionem devenire non posse, siquidem, cum Pontificis facultatem delegatus uterque in solidum non accepit, sed coniunctum tantum, ut liquet ex verbis hinc: Mandamus, quatenus vos conjunctum procedentes, & vos ad id, qui fuerint vocandi, &c. proinde idem delegati, unus sine alio agere nequeant, ut confas ex distinctione Iudicem in ordinarios & delegatos, quam proponit Glosa in cap. Prudentiam, verbo rebus, in hec verba: Ad his distinctiones Iudicem, & bene, utrum Judices sint ordinarii, vel delegati. Si Judices sint ordinarii, uno absente, reliqui possunt procedere per iuram, que ad hoc sine industria, cum quibus sit in solidum habent jurisdictionem. In delegatis, & arbitris suis est: quia non absente, reliqui nihil posse facere, nec tenet, quod sit ab eis, cap. codem, cap. eam.

Decimum Parisiis die 24. Octobris ann. 1679.
Aug. de Lamet.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

O F F I C I U M D I V I N U M.

PUBLICÆ Preces, quas nos Officium seu Servitium Divinum dicimus, ab Ecclesia incunabulis Apostolica traditione initituta, ac deinceps non uno modo pro cuiusque Regionis confuetudinibus in certum ordinem redacte fuerunt. Clerici omnes ac Monachi Psalmos in Choro canebant; sacra deinde scriptura Libros cuique temporis alignatos legebant, ac relatas caremonias, siuorum quidem Majorum exemplum secuti, servabant. Disciplina regula longo post tempore in Regulis Monasticis conscripta fuit, ut in Sancti Benedicti Regula, in qua Psalmodes ordinem singillatim expositum cernimus; atque in publicis Ecclesiarum Libris, quales sunt Psalterium, Lectionarium, Antiphonarium, Sacramentarium, & id genus declarabantur. Hinc extiterit Rubrica, que in hoc negotio leges tene solae sunt, & de quibus Gavantus

OFFICIUM DIVINUM.

Divinum Officium in eum finem institutum erat, ut publice cum canto, ceterisque decentibus carmonis celebraretur. Hac de causa unus faterem in quoque Dioecesi locus erat, in quem diebus, horique singulis, prout commode fieri poterat, & cuiusque pietas cerebat, convenire populus posset. Tales nostri temporibus Cathedrales & Collegiate Ecclesiae sunt. Clerici plerique civilis vita curis, ut orationi vacarent, exempti, publico Officio, quantum quidem poterant, interesse tenebantur; sin id, Ecclesia utilius addicti, praestare non posset, privatum faterem eadem preces peragere debebant. Hinc Officii recitandi obligatio quoad omnes Clericos, sacris Ordinibus iniciatos, vel Beneficiaria possidentes originem traxit. Posterioribus facultus obligationem hanc expressis Constitutionibus declarari, & Beneficiarios hac in deficiente, pro ratione temporis ad fructuum restituendum damnum necesse fuit, ut supra explicatus, de Canonis verbis facientes.

In Divino, quod quidem publicum est, Officio se quisque omnino debet ejus, in qua illud canit, Ecclesie peculiari confuetudini conformare; qui vero idem privatim recitare, regulas non adeo stricto iure servare tenentur, seu quoad horas Officii, seu quoad posituram, stanti scilicet, aut genuflexendi rationem; satis est summa iure, si viginti quatuor horarum Opificium integrum recitetur. Satis ramen est preces antevertere, quam differre; & huius principi vi permittitur, ut omnes Horae parve matutino tempore recitentur. Matutinum vero cum Laudibus hora quarta post meridiem dei praecedens. Sed longe melius se gerit, qui singulas preces, quantum potest, ita hora persolvit, ut, qui sanctæ hujus institutionis fructus est, identiter ad Deum animum cogitationem convertat, & ad continuam orationem, quam omnibus Fidelibus sacra scriptura commendat, quam proxime potest, accedit. Tenetur unusquisque Dioecesis, in qua domicilium habet, Opificium recitare, nisi Romanum Opificium, cuius usus in universa Latina Ecclesia permittitur, recitare maluerit. Reformatum illud est, ut Tridentina Synodi Constitutio executioni mandaretur, & ab omnibus recentioribus Presbyterorum Congregationibus receptum fuit: atque adeo illud complures Galliarum Provinciae adoptarunt, majoris uniformitatis servanda prætextu. Res tamen ipsa Librorum defectu, eosque emendandi difficultate fit, ut hoc idem Romanum Opificium, tametsi non semel correcrum fuerit, adhuc non levem reformationem pati possit, seu variato aliquanto amplius Opificio, ne tam saepe una eadem res repetatur, seu expunctis ex Lectionibus factis non paucis, que nullo fato firmo fundamento nituntur.

Hoc Divinum Officium complectitur horas septem, si Matutinum & Laudes tamquam una hora spectentur, & horas octo, si sejungantur. Quatuor porro prioribus Ecclesiae facultus ejus tres solummodo partes erant, quas D. Hieronymus in sua ad Demetriudem Epistola enumerat hoc prorsus ordine, ut sint Tertia, Sexta, Nona, ac preces, quæ ad vesperam, media nocte, & mane, seu vespertino, nocturno, ac matutino tempore recitari consueverant: *Prater Psalmorum, & orationis ordinem, quod tibi hora Tertia, sexta, Nona, ad vesperam, media nocte, & mane semper est exercendum; statu, quo boris sacram scripturam exercere debebas.* Et in epistola ad Lartam super ejus filiarum educatione easdem precatiois horas recenser, sed exorsus a prece, quæ media nocte persolvitur. Huic enim puellæ comparari cupit prudentem virum, ex cuius exemplo dicat, *ad orationes & Psalms nocte confugere, mane Hymnos canere, Tertia, Sexta, Nona stare in aie quasi bellatricem Christi, accensaque lucerna reddere sacrificium respersum.* Itaque ex hujusmodi sex Officii partibus tres dici, Tertia, Sexta, & Nona, reliqua tres nocti deserviebant; Vesperæ quippe non nisi sub noctis initium, Laudes vero noctis finem, quod dies exordium est, dicebantur; Prima & Completorium deinceps instituta sunt.

Vera igitur ac propria *Matutina* precatiois hora nox est. Quia de causa olim ea preces dicebantur *Vigilia*, quia nempe vigilando fiebant; aliis dormientibus. Nunquam illæ ante median noctem inchoabantur, nec nisi duabus horis post antiquorum temporum Regulares post S. Benedictum easdem exordiebantur; quod argumento est longe satius fore eas matutino quam vespertino tempore recitari: *Laudes* sub auroram, & ante solis ortum recitabantur; hinc *Matutina* vocabantur, utope mane dicenda. Sed postquam Vigiliis conjuncta sunt, ambo haec Officia communè *Matutini* nomen fortis sunt, & id nominis deinde Vigiliis concessum est, quippe quæ maiorem, ac posteriore partem constituant. Hora, quæ *Prima* dicitur, proxime solis ortum confequitur, prima propterea nuncupata, quod ab oriente sole diem Veteres inchoarent, & quavis anni tempestate in horas duodecim partentur, que quidem inæquales erant, prout dies longiores essent, brevioreisque; id quod ostendit, quænam proprie dictæ hora Tertia, Sexta, & Nona sunt. Tertia quippe est hora diei tertia ab orto sole, videlicet apud nos hora nona æquinoctiorum tempore, & ultra citravæ, prout dies magis minusve noctem excedunt, vel exceduntur. Sexta erat hodie diei sexta, quæ semper meridies erat. Nona est hora nona, tribus circiter horis post meridiem. Vesperæ ad finem vergente die, & Completorium post solis occasum.

Petrus Damianus in suis Opusculis de parvo Virginis Officio commemorat, quod ante ejus ætatem in usu fuisse apparer ex eo, quod memoria proditur S. Uldaricum Augustinum illud quotidie recitasse. Cum Urbanus II, ann. 1096. Concilium, cui ipse præfuit, Claramontii in Alvernia congregasset, in eo belum aduersus Christiani nomini hostes, elato Crucis vexillo, indicendum curavit; atque ut ad tantum opus a Deo singulare subsidium impetraret, in eodem Concilio mandavit, ut parvum Virginis Officium, quod jam Sancti Petri Damiani opera apud Monachos obtinuerat, a Clericis recitaretur. Hinc officia est consuetudo, quæ in nonnullis Cathedralibus viget, Officium hoc statim diebus post magnum Officium recitandi,

Vide { BREVIARIUM.
CANONICUS.

C A S U S I .

Officio Divino adstrictæ Moniales.

¹ Monialis lethastier peccat, si, cum ab Officio, quod in Choro canitur, absurio culpa sua, illud privatum non recitat.

² Post Antifonam ab Officio Chori cum Moniali dispensare, si ita recte factum judicet.

³ Voluntaria inter Officii recitationem distractio non semper mortale peccatum est.

Q U E S I T U M .

Moniales, in querum Constitutione occurrit ea verbis: *M*onialum formula, que mox subdatur, tenentur sub mortali pena, siquidem suæ culpa a Choro absurio, Magnum Opificium privatim recitare? Constitutionis porro hæc verba sunt: *Nos Breviarum Opificium tum solum vobis in injungimus recitandum, cum in Choro cum ceteris ad fueritis: ex vero, quibuscum hoc in capite diffundatum fuerit, recitent Opificium parvum Beate Virginis.* Et in eam quoque novis Constitutionibus, a Magno tantum Vicario

OFFICIUM DIVINUM.

Vicario approbatis dicitur: *si qua Breviariorum Opificium dicere non poterit vel ob agitudinem, vel ob aliquod aliquid legitimum impedimentum, quod eam eximat, impiudat, quomodo interficit Choro, illa quidem neque ex obligacione, sed ex devotione recitet Opificium parvum Beate Virginis.*

Sentient nonnulli Doctores, eas extra Chorum non obligari; e converso contendunt alii, Moniales professas, Choro additas ad Opificium privatim recitandum sub mortali peccati pena obligari, si Choro absurio, excepto mortali casu; & ab hac regula eas tantum Religiosas excipiunt, quæ Constitutionibus a Pontifice approbatis ab hac ipsa regulâ exulta sunt.

IL Quazitur, an mortaliter peccaret Monialis, a Choro absurio culpa sua, fatusque habens Opificium privatim dicere?

III. Potestne Prelata in Chori præstantia, & Officii recitatione cum Monialibus aliquibus dispensare, quod ita Familiæ bono expedire judet, vel ne earum, quæ agere debet putat.

IV. Facta hypothesi, ad Opificium eas obligari; quoque tandem voluntaria distractio est deducenda, ut eadem mortale peccatum sit? Non est omnitemendum, Moniales, ut de quibus agitur, Sancti Augustini Ordini adherere, nec Canonici esse.

